

Vos aliorum divites, ac locupletes. Respiciete finem; à cupiditate desistite; quæ possidetis, non amate. Quamto amantior fueris, tanto plus eorum, quæ ad te nihil pertinent, nihilque profutura sunt, relinques. Volo, tecum feras omnia, nè alienis relinquant. S. Basilus l. 2. in divit. avaros.

Nescit natura divites, quæ omnes pauperes generat. Neque enim cum vestimentis nascimur, nec cum auro, argentoque, generamur. Nudos sicut in lucem; egerentes cibo, amictu; nudos recipit terra, quos edidit. S. Ambr. l. de Naboth c. 1.

Divites in morte simul mulo regio, divitias multas deportantis; ex quibus nihil illi tandem manet, nisi plura ulcera, quæ ex tanto onere contraxit. Olorius fer. 3. D. 2. Quadr.

Avis, quæ inviscatur, dicitur inferior; nec gaudet de visco; nec libera dolet, quod non inviscatur: quia viscus est ad malum, ejus; sic viscus divitiarum. Ecclæ 5. 12. divitiis conservata in malum Domini sui. Et licet modo viscum, seu laqueum non sentiant; sentiant in morte, sicut avis volare incipiens, tunc non ascendent, sed cadent. Prov. 11. 28. qui confidit in divitiis, corruet. Summa Prædic. Divitiæ.

§. VIII.

Divites honorantur, promoventur.

Uit (Berzellai) vir dives nimis. 2. Reg. 19. 32. Pagnin. & Sept. vir magnus erat valde. Erat ibi mulier magna. 4. Reg. 4. 8. Magna, id est, dives, potens, ut explicat. Lyr. Carthul. Hugo.

Confundantur omnes, qui adorant sculpsit. Pl. 96. 7. Divites, quando habent divitias, honorantur ut imagines auro circumdatæ. Hugo Card. hic.

Venit quidam homo dives. Matth. 27. 57. Quia Joseph dives, & nobilitatis, fuit; facile impetravit à Pilato, quod petiit; ideo, Evangelistæ dicunt, quod fuerit dives, & nobilitatis Decurio, non ad jactantiam, quod talem discipulum habuit Jesus; sed ad instaurantium, curæ parat ad Pilatum accessus; qui pauperis ingressum, & preces, sprevisset. Dion. Carth. hic. Joseph ab Arimathea dives dicitur: ut ostenderet causam, quare à Pilato, potuerit impetrare Corpus Jesu; vel unde accessum ad eum habuerit S. Palchastus.

§. IX.

Divites fit virtute, maxime misericordia.

Filii Joseph in duas divitit tribus, Manasse, & Ephraim. Jos. 14. 4. Cæteri filii Jacob quæque suam tribum dedit populo DEI; Joseph autem duas constituit. Cur hoc? Joseph solus è fratribus pauper fuit, & dives. Pauper, dum servus Ægyptius factus, & incarceratus, omnibus bonis spoliatus, & amicis: dives fuit Protex Ægypti. S. Hieron. ep. ad Salvinianum: Joseph, qui in egestate, & in divitiis, dedit experimenta virtutum; qui & servus, & Dominus, docuit animæ libertatem; nonne post Pharaonem regis omnium insignibus? Sic DEO charus fuit, ut super omnes Patriarchas duarum tribuum pater fieret. Bazar. 2. l. 6. §. 3.

Quid faciam? Luc. 12. 17. Parata tibi responsio fuerat: esurientium animas implebo; aperiam horrea, & omnes vocabo pauperes; imitabor Joseph. Gen. 41. 56. humanitatis laudibus vocem emittam magnificam: quicumque panibus egeris, venite ad horrea mea. Ne puta, omnia tuo ventri preparari. Quæ in manibus habes, ut aliena existima &c. S. Basilus ferm. in div. avaros.

DEO, gratitudinis ergo, aliquid tribue; quod ex eorum es numero, qui de aliis bene mereri possunt; non quia aliorum beneficentia opus habent; quod non ex alienis manibus pendes, sed ex tuis aliis. Da operam, ut non solum opibus, sed etiam pietate: non solum auro, sed etiam virtute, sis locuples. Cura, ut proximo tuo idcirco præstantior sis, quia benignior. Fac calamitoso sis DEUS, DEI misericordiam imitando: nihil enim tam divinum homo habet, quam de aliis bene mereri. S. Greg. Naz. or. 27. de paup. amore.

Esto dives in misericordia, si semper vis esse dives. S. Chrysol. ferm. 104.

Exiterunt in omni tempore, & in nostra ætate non desunt, sicut & boni pauperes; ita & boni divites. S. Prosper ep. ad Demetriadem.

Eleemosynarius est sicut nutrix, quæ lactat puerum. Nam sicut nutrices confueverunt impinguari, ut abundant lacte, & bene nutrant pueros. Sic Dominus impinguat divites bonis temporalibus, ut abundant lacte compassionis, & nutrant filios, id est, pauperes suos. S. Bonav. diar. fal. c. 16.

Pauperes utilitati divitum causa facti sunt; ut, facta inter utroque comparatione, facilius agnoscant divites Dei erga se beneficentiam. Iisd. Clarus or. 10.

Miscellanea.

Homo quidam erat dives. Luc. 16. 1. Et quis erat homo iste? nisi CHRISTUS. Et quomodo dives non erat, cui ministrabant Angeli? Virtutes parebant? elementa serviebant? Et habebat

villicum. Quem? nisi hominem: Cui ad colendum Mundum tota fuerat commissa possessio. S. Chrysol. f. 125.

Divites Luc. 16. 19. Dicitur, ait S. Bonavent. non solum propter divitiarum possessionem, sed etiam propter nimium earum amorem.

Iste demum dives est, qui discedere non cupit; qui pauper esse non vult. S. Chrysol. Sermon. 2. in Philippent. cap. 1.

Vis ditari? amicum habeas DEUM; & omnium ditissimus eris. Id. hom. 2. ad pop. Antioch.

TITULUS XIV. DIVITIÆ.

§. I.

Symbola, & similitudines.

Ex Veteri, & Novo.

Non facietis deos argentes, nec deos aureos. Ex. 20. 23. Philo Hebr. l. 1. de Mon. figurat docens, divinos honores non convenire divitiis? feruntur enim utroque citroque ventorum in morem. Mendoza in 1. Reg. 2.

Abstulit caput ejus quærens. 2. Reg. 18. 9. Absolvo peccator est; nullus sensualitas est. Absolvo mulo insidet, cum peccator in sensualitate delectatur. Cæsaries Abalon divitiæ sunt hujus Saclii, quærens luxuria; quærens enim cibum est porcorum hæc est via, de qua dicit Dominus Matth. 7. 23. Spatiola est via, quæ dicit ad prædicationem. Quærens igitur Absolvo per cæsarium pendet, quando peccator formento divitiarum luxurie inhæret. Hugo Card. hic. Si Absolvo sibi crines totodifflet, ex iis suspensus non fuisset. Multis causa mortis divitiæ; qui eas non refecant, dando pauperibus. Stella p. 1. c. 51.

Stercora hirundinis. Tob. 2. 11. quæ cadunt de nido, sunt divitiæ hujus mundi: hæc stercora dormientem, & pigrum, excœcant. Hugo Card. hic. S. Antonius de Pad. fer. 4. heb. 4. in Quadr. querit: cur scriptura ponat, fuisse stercora calida? Resp. quia stercora, nisi sine calida, non excœcant. Divitiæ stercuri pretiosum sunt; sic enim divitiæ appellare soleo. S. Greg. Naz. or. 17. Addit S. Anton. sic divitiæ nisi cum ardore diligantur, non offendent. Divitiis si affluant, nolite cor appetere. Pl. 61. 11.

Viri divitiarum. Pl. 75. 6. dicuntur, qui ita divitiis adhærent, sicut uxori; quasi celebratum esset matrimonium inter eos, & divitiis. Hi, cum post mortem evigilant, nihil invenient in manibus suis. Hugo Card. hic.

Nè foret impletur extranei viribus tuis. Prov. 5. 10. id est, facultatibus, & opibus. Job 31. 24. Si putavi aurum robur meum. Prov. 10. 15. substantia divitiis, vis fortitudinis ejus. Cornelius hic.

Non erigas oculos tuos ad opes, quia faciunt sibi pennas quasi aquila. Prov. 23. 5. I. Aquila & robore, & volatu; & prædatione, cæteras aves antecellit; sic divitiæ. II. Aquila volat cæteris; ac cum in terra pabulum ceperint, illic in cœlum avolant. Sic & opes. III. pennæ aquila, mixtae pennis asferunt, aliarumque avium, eas arefaciunt, & confumunt; sic & opes iniquæ parat reliquias in justis partas devorant. Cornelius hic.

Dabis vis bibere vinum. Jer. 5. 2. Dæmones aliquando exhibent se matres, dantes duo ubera sua, id est, divitias, & honores; de primo ubere fugitur lac volupatis, defecundo lac vanitatis. Hugo Card. hic.

Requievit in factibus suis. Jer. 48. 11. Lyr. fœces sunt divitiæ: quia, sicut vinum fœcibus, sic regna divitiis conservantur. Idem hic.

Dixit Ephraim: divites effectus sum, inveni idolam mihi. Os. 12. 8. idolum vocat suas opes. Chald. inveni mihi pecuniam, quæ quasi tyrannus mihi vim infert, & violentè opprimit. Id. hic.

Va ei, qui multiplicat non sua! usquequo, & aggravat contra se donum latum. Habach. 2. 6. Densum vocat: quia pertinacius adhæret, & agrius elutit, incidens difficilissimè emergit. Job 41. 21. sterni sibi (diabolus) aurum, quasi latum. Mendoza in 1. Reg. 3.

Obisulerunt ei aurum, thus & myrrham. Matth. 2. 11. Quam inops etiam in suis gazis humana opulentia aurum offerri sine myrrha non valet: Ad eò opibus amanties est concreta, quis enim sine dolore divitias cumulavit? Magos Mundum imitatur: qui primum aurum exprimit, thus, myrrhæ conjunctione corrupturus. An non myrrham post aurum demulset sepultus igne epulo? Quæ autem conjunctio, thus cum auro? utrumque trahunt divitiæ secum, thus, & myrrham: vix enim aurum haberi potest, quin audeatur: avaritia enim servitus est, ait Paulus. Vides, non opum nos dominos esse: sed vel sacrificulos, vel victimas. Nec myrrha divitiæ carere solent, quas curæ innumere sepunt. Olival. 12. Strom. hic.

Relictis rebus. Matth. 4. 20. Rete sunt divitiæ seculares. Sanct. Thom. in Festo S. Andrea.

§. I. I.

§. II.

Quorum divitiæ magnæ?

Cum David Salomoni pro templo reliquerit. 1. Paral. 22. 14. auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum, sequitur cum reliquisse illi bis mille, & quadringentes milliones auri; millionem vero decies centena millia: quæ summa auri vix in tota Europa inveniretur. Quam David non tam sua industria, quam Dei benedictione, comparavit. Cornelius in Ex. 38.

Concordavi michi argentum, & aurum. Eccl. 2. 8. David pro fabrica templi reliquit ei mille millia talentorum. Salius in annalibus, hæc Davidis talentorum auri, & argenti millia, censet confecisse 2672. milliones, ac insuper 125. millia nummorum aureorum. Budzsl. 4. de asse, putat hæc Davidis opes Salomonis relictas fuisse decies majores, quam Darii ultimi regis Persarum, quas eo victo occupavit Alexander. Ex his patet, quæ immensa fuerint opes Salomonis; DEUS enim in sum ejus aurum, & argentum, undequaque congerere videbatur; & ipse sua sapientia mille modos illud congerendi excogitabat. Villalpandus docet: majores fuisse, quam fuerint Imperatorum Assyri. Babylon Medor. Græcor. Romanorum. Cornelius in 3. Reg. c. 10. v. 15.

Basilus Imp. Græcorum, teste Zonara, in ærario suo habuit, computatione Lipsii 1200. milliones aureorum coronatorum. Julius Cæsar, teste Appiano, quatuor triumphis ærario intulit 40. milliones aureorum coronatorum. In singulis ludis, quos Augustus instituit, non minus duobus millionibus, & semi insumpsum. De his ludis quadraginta, & amplius dedit.

Cyus, teste Plinio l. 33. c. 3. devicta Asia auri pondus 34. mille argenti 500. mille talentorum, id est, 594. milliones, præter vasa aurea, & argentea, infiniti pretii reportavit. Alexander superato Dario 215. milliones retulit & 840. millia ducatorum. Sardanapalus, cum sexies, & decies mille septingentis quinquaginta millionibus coronatorum in rogam se coniecit. Doulreman l. r. c. 5. sect. 6.

Rex Peguanus in una arce tantum habuit hæsurorum, ut ad defendendum modo aurum & gemmas, vix sexcenti elephantæ, totidemque equi sufficerent; tæco de argento, cæteroque metallo, tamquam de rebus nullius pretii. Ex epist. Nicolai Pimenta de statu rei Christi in India.

§. III.

Divitiæ fugaces, vanæ, infidæ.

Sicut dies mercenarii, dies ejus. Job 7. 1. Qui mercenarius est, alieno in fundo, arto agros, laborat: sic mortales omnes, qui periturorum rerum curæ anguntur, mercenarii sumus. Qui vel divitiis congerendis, vel acquirendis honoribus, & dignitatibus, operam dat, velis, nolit, mercenarius est: quia in alienis rebus labores collocat; quas paucos post dies alius relinquet. Diez Vita humana.

Transierunt omnia, tanquam umbra. Sap. 5. 9. Canis portans per flumen frustum carnis, umbram illum capere voluit, perdituram; Divitiæ faciunt tres deceptiones. I. Recipere parentia pro existentibus, somnium pro veritate. II. Recipere imaginem pro re. III. Recipere umbram pro veritate. S. Vinc. Ferr. l. 3. D. 15. Trinit.

Mæ dereliquerunt. Jerem. 2. 13. Verè cisterna dissipata, honor: cisterna perforata, voluptas, divitiæ, & omnis prosperitas mundialis: Continere non valet aquam. Triduo placet & statim evanescit omnis illa consolatio; & falsiditur, & displicet. S. Thom. Vill. D. 3. Quadr.

Vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix. Matth. 17. 3. Nix non est durabilis, modico calore dissolvitur, ita ut nihil de ea amplius reperiat. Sic divitiæ. Jonghen Exhort. 23.

Mite Lazarum. Luc. 16. 24. ait dives; quem millies præteristi; quem nê videre quidem voluisti; hunc tibi nunc ad salutem miti postulas. Ubi verò nunc piccoliores tui? ubi parasitæ? ubi superbia? ubi aurum? folia erant; ea corripuit hyems, & exsiccata sunt omnia. Somnium erant. Ut autem dies illuxit, abscessit somnium. Umbra erant; veritas venit, & umbra præterit. S. Chryl. t. 6. in terra motum.

Divitiæ vestra putrefactæ sunt, & vestimenta vestra. Jacobi 5. 2. Ecce, quanta est corruptio omnium, ex quibus fitis accenditur avarorum. Hinc 4. Reg. 5. 1. Naaman Syrus princeps militiæ, erat vir dives, sed leprosus. Sanct. Bonav. l. 34. D. 2. Epiph.

Ex Patribus.

Nihil nobiscum ferre possumus, nisi vitam bene, atque innocenter actam. Ille ad DEUM copiosus, ille opulentus advenit, cui adhibuit continentia, misericordia, patientia, charitas, fides. Hæc est hereditas nostra, quæ nec eripi cuiquam, nec transferri ad alterum potest. Lactantius lib. 7. instit.

Nemo est dives, qui, quod habet, secum hinc auferre non potest: quod enim hic relinquitur, non nostrum, sed alienum est. S. Ambr. ep. 10. ad Simplicianum.

Hominum naturam divitiarum natura imitatur. Quo tandem modo? Quid est homo? animal caducum, abjectum, exigui temporis. Tales sunt divitiæ; aut potius non sunt ejusmodi; sed multo instabiles. Neque enim post hominem plerumque desunt, sed etiam ante hominem. Itaque non erabit, qui divitiis ingraturum servum dixerit, sanguinis devorator, & parricidam, quippe quæ Domino pro gratia eadem referant. S. Chryl. in Pl. 48.

Nihil tam infidum, quam divitiæ. Quod cum sape dixerim, dicere non quiescam; quod fugitivus est, & ingratus servus fidem non habens; ut si innumera illi vincula injicias, sic quoque cum ipsis vinculis aufugit. Sapius igitur pessulis, sic quoque ipsum possidentes concluserunt, servorum adhibita custodia; ille vero servus ipsis persuadens, cum ipsis fugit custodia; tanquam catenam eos trahens; & nihil profuit custodia. S. Chryl. hom. 2. ad pop. Antioch.

Fugitivus servus, & perfidus, divitiæ sunt; & innumeris implicat malis. S. Chryl. hom. 11. in 1. Cor.

Opes aquarum instar fluvialium, & addunt, & effluunt; nunc ad hunc quidem, nunc ad illum transeunt; ac possessorem facile fugiunt. S. Chryl. t. 6. or. de instr. vita.

Divitiæ si affluant, nolite cor appetere. Pl. 61. 11. Tu autem affluentes retines, & exitus obstruis. Deinde sic coacte, ac occlusæ, & quasi stagnantes, quid tibi faciunt? Putæ continuo exhausti, & copiosiore, & pulchriore, admodum aqua fluunt; quieti verò facile parent. Sic & opes conditæ, quiescentes, inutilis; motæ autem, & translata, fructum patiunt, maximoque usui sunt. S. Basilus f. in div. avar.

Tristis es, & rogatus difficilis; occurfus pauperum vitas, nè forte aliquid è manibus coactè eras. Unam tantum nostri vocem: non habeo, non dabo; nam & pauper ego quoque sum.

Pauper es, profectò pauper, & omnium egens hominem. Pauper, inquam, charitate, humanitate, fide, æterna spe. Idem ibidem.

Tales sunt impiorum divitiæ, tales malè seminantium menses; nimirum ut juxta veterem maledictionem, multa inspiciant, & pauca in horreo inferant; ac messem non faciant; vineas plantent, & uvæ non expriment. S. Greg. Naz. or. 26. in plag. grand.

Inhæc sunt opes, sublimiunque thronorum, & dignitatum fastus, mera sunt insomnia. Sermones verè alati, gloria seris nobilitas, vetus sanguis. Omnia humana metus, ritus, languor, umbra, ros, flatus, volatus, vapor, insomnium. Idem Carn. de vitæ itinere.

Potius ventis, aut litteris in aqua descriptis, fidendum est, quam divitiis. Id. or. ad cives Naz.

Fluxum, & incostans, hujus lucis aurum est; & quasi sphaera luforia ab alio statim ad alium transit. S. Asterius hom. in fest. Kalendar.

Usum tantum earum rerum accepimus, quas tenemus: commodatis enim à Deo facultatibus utimur, & quasi precari possessores sumus. Denique egredientes è Mundo isto, velimus, nolimus, hic cuncta relinquimus. Salvianus ad Eccl. Cath. lib. 1.

De cane sequente duos homines simul, in bivio, altero dimisso, sequitur dominum suum; & tunc cognoscitur, cuius est canis. Ita modò homo, & Mundus, vadunt simul, & canis, scilicet divitiæ sequuntur; & ignoratur, cuius est. Sed quando in morte homo recedit à Mundo, divitiæ sequuntur Mundum. S. Vinc. Ferr. ferm. de S. Andrea.

§. IV.

Mors divitiis spoliata.

Plumas projicit - in loco, in quo cineres effundit solent. I. c. vit. 1. 35. Volucris nudabatur pennis inter cineres abjectis, Divitiæ pennæ sunt, quibus in hoc orbe volitamus; his nos mors spoliata, ut alii induantur; deplumatos verò in locum projicit cinerum, id est, in sepulchrum. Barradius e. 3. l. 3. cap. 12.

In imagine portransse homo. Pl. 38. 7. Mors est, in festis v. gr. S. Catharine, ad ejus imaginem ornamand petere ab aliqua matrona pretiosam vellem; ab alia aliam; ab illa pretiosa velamina; ab hac annulos, torques, monilia; quibus sic ornatam imaginem cum celebri pompa in processione comitantur, eam honorant. Finita pompa imaginem exuunt, vestes &c. reddunt; & tandem imaginem ipsam sic denudatam in angulo sacelli reponunt; & vix aliquis est, qui ejus ultra recordetur. Hoc experiuntur ii, qui alios bonisprivant ut ipsi divites fiant, & se oment. Videbis eos ornatos, acsi essent templi imago. Et dum pompa celebratur, dum vivunt, omnes illum comitantur. Finita verò vite pompa, exuto omnibus divitiis; corpus ejus in sepulchro collocatur, anima in Inferno. Diez conc. 2. D. 22. Pent.

Nō timeris, cum dives factus fueris homo. Pl. 48. 17. Hoc solatium pauperibus dici, communis est opinio. Sed S. Basilius hic putat, divites solari. q. d. decet quidem de aeterna salute vos timere; sed sperate tamen: nam licet opes aditum regni difficilem faciant, bono tamen vestro in morte omnibus spoliabimini, & in numerum pauperum venietis. Hoc est enim, quod addit Propheta: quoniam cum interierit, non sument omnia. v. 18. Pinna in Ecclesiastico Ethol. 59.

Et confringatur rota super cisternam. Eccl. 12. 6. Per cisternam intelligitur congregatio opulentiae mundanae: rota est volubilitas in possidendo. Tunc ergo rota confringitur super cisternam, quando omnis spes habendi auferitur. Sancti. Bonav. hic.

Cui mors ob divitias parit? a quo morbus ob pecuniam abstinere? opes ergo animarum laqueus, mortis hamus, peccati esca, belli materia. S. Basilius. 2. in div. avar.

Quousque inhiabis auro, quod animarum laqueus est, rete mortis, peccati esca? Iisd. Clarius. 1. or. 38.

Mors est largissima elemosinaria: quia multa prius avarè collecta, & retenta, largè dare facit. Sicut 1. Machab. 1. 7. Alexander: cui vivo orbis non suffecerat; regna sua mortuus dividebat. Summa Praed. Mors.

S. V.

Divitiae etiam dantur improbis.

Cain. Genes. 4. interpretatur possessio. Abel nihil habens. Hugo Card. hic.

Ecce peccatores, & abundantes in saeculo, obtinuerunt divitias. Pl. 72. 12. Si divitiae apud Deum commendabiles essent, iustis, & timentibus Deum frequentius obvenirent. Nunc autem ecce peccatores, & abundantes in saeculo, obtinuerunt divitias. Pl. 72. 13. Etsi, quem Dominus reprobaverat, incedebat cum quadringentis viris; Jacob cum baculo suo transeunte Jordanem. Blesensis ep. 17.

Atrium - esse foras. Apoc. 11. 2. Alcazar per atrium foris, seu exterum intelligit externa bona Fidelium, divitias &c. Jubet Deus Joanni talia à se amovere, & relinquere infidelibus, ac sibi rapientibus. Servos autem suos contentos esse vult templo, altari, bonis spiritualibus. Sylv. hic.

Iusti, cum intuentur peccatores florere, facultatibus abundare, & temporalibus bonis pacifice frui; nequaquam Dei reprehendant sapientiam; neque felici eorum invident prosperitati: quin potius contemunt, atque despiciunt illa, tanquam exigua bona transitoria, periculosa, atque vilissima: quae profecto ut plurimum iniquis, quibus in regione virtutum nulla est portio, pro suorum tribuantur mercede meritum. S. Laur. Just. de inst. c. 5.

Divites non solum sunt inique, quia ex iniquo acquiruntur; sed etiam quia iniquis hominibus, ut plurimum, adveniunt. S. Bonav. l. 97.

Commendavit Christus animam suam Patri, Ecclesiam Petro, Matrem Joanni, pecuniam proditori. Communiter, Deus quos odit, hi bonis abundant. Diez festo S. Matthiae.

S. VI.

Divitiae sunt inanes, inutiles, viles.

Dives non addet ad modum sceli. Ex. 30. 15. quia apud Deum non plures sunt divitiae, quam paupertas: una anima Craesi, seu In. Cornelius hic.

Quid prodest stulto habere divitias? Prov. 17. 16. Significat Salomon, divitias, sine sapientia, esse inutiles, & vanas, imò noxias: eo quod à sapiente per sapientiam in operantia pietatis sapienter debeant expendi. Aristoteles. 1. 2. Rhet. cap. 16. divitiae nihil aliud ferè sunt, quam felix amantia. Cornelius hic.

Arcentum eorum, & aurum eorum, non valebit liberare eos in die furoris Domini. Ezech. 7. 19. Nolent hoc avari scelesti: à Dei ira, à morte, à gehenna, nec opes, nec nepotes, nec filii, nec uxores, nec cognati quos iniquè ditare voluerunt, cum animae suae perditione; eos liberare valebunt. Corn. hic.

Sedebat sub umbra viridis hederæ - & paravit Dominus Deus vermem. Jon. 4. 6. 7. Hedera, terrena bona, hederæ innixa alteri atollitur; sin minus, per humum serpit, arescit. Ex tunc affluuntur divitiae à iustis, ut res arida è multique ab eis affectum abstrahunt. Diez conc. 2. festo S. Francisci.

Omnis copia, quæ Deus meus non est, egestas mihi est. S. Aug. Medit. c. 18.

Quid prodest plena bonis area, cum sit inani conscientia. S. Aug. 1. 1. de Verb. Dom.

Tibi magna vis pecuniae suppetit; quid hoc ad animum? pecunias locupletior; pauperior animo: foliis coronatus es, & fructu eges. S. Chrysol. in Pl. 48. Ne timeris cum dives factus fueris.

Quid prodest homini, si pecunias possideat, virtutem vero non possideat? villam, inquit sterilem habeo; quid est hoc? at animam fertilem non habes. Habeo mancipia; sed

virtutem non habes: quod alterius est, habes; tua vero non habes. Id. t. 6. tr. in terre motum.

Quæ sunt praesentia, sunt somnio nihil meliora. Sed, quemadmodum qui in somnis videtur sibi habere pecunias, licet fuerint regiae gazae, cum dies illuxerit, sunt omnium pauperum; ita etiam in vita praesenti, qui nihil illuc auferre poterit, est omnium pauperum: in somniis enim est solus dives. Si velis mihi ergo offendere divitem, tunc mihi offende, quando fuerit dies, quando in illam patriam recesserimus: nunc autem non potero discernere divitem, & pauperem. S. Chryl. in Pl. 43.

Ego terram calcare didici, non adotare: non est enim mihi fas unquam rebus inanimatis credere spes animæ. Clem. Alex. or. adh. ad Græcos.

S. VII.

Divitiae sunt grave onus.

Rat autem Abraham dives valde. Gen. 13. 2. Hebr. graviter vehementer.

Israelitici ex Aegypto libertatis divisi sunt fluctus. Cur Deus eos navibus non imposuit, sicut Noe? Cur non effecit, ut omnes, sicut postea Christus, & Petrus. Matth. 14. 25. super aquas gauderetur? quia spoliabant Aegyptum auro, & argento; & his onerati divitiis, & pressi fuerunt. Stengelius 1. 3. Judic. div. c. 8.

Statua illa, cui caput aureum, pectus argenteum; non habebat alatos pedes; & plantas, tibiaeque ferreas, habebat. Sanè ubi cor, caputque, auro immeritum est, non leves pedes expectat ad curendam viam mandatorum. Omnia subiciat sub pedibus ejus. Psalm. 8. 8. caelum super caput. Primi Christiani asserant praemia coram, quæ vendebant, ad pedes Apostolorum. Act. 4. 34. 35. Ad pedes, ait Sancti Hieronymus, ut ostenderent, pecunias esse calcandas. Nadasa de Ang. Cultod.

Conclusorunt piscium multitudinem copiosam; rumpebatur autem rete. Luc. 5. 5. Mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitudine sui naves pene mergantur. Ecce alia sollicitudo Petri, cui jam sua preda suspecta est. S. Ambr. l. 4. hic.

Apud Barbaros quosdam, quia vernaculum est aurum, & copiosum, auro victos in ergastulis habent, & divitiis male onerant; tantò locupletiores, quanto nocentiores. Tertull. de habitu muliebr. Croesus à Cyro aureis compedibus victus. Ammianus 1. 7. de Sapore Persarum rege, captum ait regem ipsum Arsacem, adhibitumque in convivium, effossis oculis, vinculum catenis argenteis, exterminavit ad castellum quoddam. Aurcis etiam compedibus apud Aethyopes victos reos Herod. refert.

Si illi, qui in mari navigant, sevientem tempestate, merces negligunt, & propriis manibus onera in mare projiciunt, & foribus vitam anteponunt; & ne navis pondere oppressa submergat eam sublevant, & pretiosissima quæque in profundum jacunt: cur non etiam nos, propter vitam praesentem, ea despiciamus, quæ animam in profundum detrahunt? cur idem non potest Dei timor, quæ potest timor maris? Sancti Nilus libro ascetico.

Gravis pecuniarum sarcina est, quæ tenacium sui mentes avaritiae pondere ad terram deprimit; nec emergere ad superna, caelumque suspicere, ubi vita nostra est, omnino permittit. S. Gaudentius tr. de Villico iniq. Divitiarum amissio nihil aliud est, quam gravis oneris depositio. Hugo Card. in Job. c. 1.

S. VIII.

Divitiae sunt spinæ, pungunt.

Praevariatores quasi spinæ. 2. Reg. 23. 4. Omnis peccator spinæ comparatur: quia sicut spina tangentem se manum lacerat; sic peccator corrigentem se, dente detractionis mordet. Maxime autem avarus spinæ comparatur: quia divitiæ habent punctiones gravissimas. Hugo Card. hic.

Conversus sum in arvum meum auno conspexi spinam. Pl. 31. 4. Divitiæ, quæ dicuntur spinæ à Domino, quantò magis cordi inseruntur per amorem, tantò magis pungunt per dolorem. Pungunt quippe, cum acquiruntur per laborem; cum habentur, pungunt per timorem; cum perduntur, pungunt per dolorem. Hugo Card. hic.

Merito divitiæ comparantur spinis: tum, quia fructum non afferunt; tum, quia fructum impediunt; tum, quia habentem affligunt. S. Bonav. in Luc. c. 8.

Quemadmodum spinæ iteriles sunt. Ita & divitiæ. Quemadmodum illæ eos, qui tangunt, lacerant; ita harum cupiditas. Quemadmodum facile igni comprehenduntur & odio habentur agricolis; ita hujus Saeculi negotia. Postremo, ut inter spinas feræ, viperæ, scorpionum delitescunt; ita in fraudibus divitiarum. S. Chryl. hom. 23. in Joan.

S. IX.

In divitiis labor, timor, dolor.

Ex Veteri, & Novo.

Congregatioque aquarum appellavit maria. Gen. 1. 10. Divitiæ dicuntur mare: quia plenæ sunt amaritudine. Hugo Card. hic.

Jacob transgrediens Jordanem in baculo suo sine metu, regrediens cum duabus turmis fratrem timet. Gen. 32. 10. Sancti Chrysol. hom. 1. in illud, salutate: pauper nummis parum valens, & curis his omnibus carens, leo est. Ignem spirat; generoso, ac forti, animo adversus omnes inlurgit; facile omnia agit, quæ prodesse possunt Ecclesiae. Quot divites erant tempore Herodis; quot potentes? & quis in medium prorupit? quis tyrannum increpavit? quis contemptas Dei leges ultus est? Divitium nullus. Qui neque rectum, neque legum, neque mensuram, habebat; ille solus, ac primus, omni libertate tyrannum arguit; & praesentibus omnibus, ac audientibus, nuntiata sententia cum damnavit: non licet tibi habere eam.

O mors! quam amara est memoria tua, O. Eccl. 41. 1. Si sic est amara sola memoria, quid erit experientia? Cum dolor ex amore causetur, necesse est, ut in morte tantò major sit dolor, quantò ad hæc temporalia major est amor. S. Bonav. l. 33.

Obulerunt ei munera. Vide hoc titulo S. 1.

Va vobis divitibus! Luc. 6. 24. Est divitiibus triplex vix in praesenti: vix laboris in acquirendo; vix timoris in custodiendo; vix doloris in deserendo. Et propter hoc fortè dicitur. Apoc. 8. 13. va! va! va! habentibus in terra. Et hoc triplex vix perpetuabitur in inferno: quia erit ibi labor sine requie, timor sine spe, dolor sine consolatione. Hugo Card. hic. Non pertinet ad omnes; sed ad eos tantum, qui totum animi desiderium ad pecunias conulerunt. Sancti Titus Bostr. hic.

Quid faciam? Luc. 12. 17. Quis non misericordia erga hunc corripuerit? adeò à seipso profligatum, anxium in tanta copia, miserum in tot bonis. Non enim proventus ei terra ferrebat; sed fletus, & suspiria: non fructum copiam; sed curas, & dolores, & graves anxietates. Divitiæ alios ad latitiam invitare solent; hunc vero avarum in molestiam adducunt. Sancti Basilius l. in div. avar. Quid faciam? ubi recedam? in idem cruciatibus, per sollicitudinem facultatum, quibus pauper per egestatem, torquetur. S. Ambr. l. 82. de hom. divite. Spectandas putabam in divite messe cantilenas, verba lætitiæ, & júbili. At non hæc, sed quæ anxietates, & molestias curas, sonabant; quid faciam? Bæza l. 5. cap. 1. S. Zeno ser. de dupl. tent. genere: Quid faciam? inquit, quis non talem miseretur? quis non infelicitatem ejus doleat? angustiat ex abundantia, constringitur ex opulentia: infelix in praesentibus bonis, infelicitior in futuris. Et, ut video, ager ei non tam redditus largioris, quam gemitus attulit graviores.

Excepit illum gaudens. Luc. 19. 6. Matthæum, & Zachæum, ambos publicanos, Salvatore domi gaudens excepisse Lucas refert. Quam exultationem ne in domo quidem Martha innocens floruisse refert. Quid hic mysteri? forte insolens est adeò diviti exultatio, ut velut miraculum habitum fuerit, potuisse illos, excepto domi Christo, gaudere. Oliva l. 13. Strom. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Fugitivus servus, & perdidit, divitiæ sunt; & innumeris implicat malis. S. Chryl. hom. 11. in 1. Cor.

Divitiæ sunt vinculum grave iis, qui illis uti nesciunt; tyrannus crudelis, & inhumanus. Id. hom. 13. ib.

Videre licet, pauperes non facile insaniabilibus morbis capi; sed eos passim in divitium corporibus provenire. Certo podagra, gravedines, dissolutiones nervorum, aut contractiones, delicatos illos magis infestant; eos, qui unguenta olent; non eos, qui laborant, & exercentur; & quotidiana opera victum sibi comparant. S. Chrysol. t. 6. hom. 5. quid sit scilicet.

Non liberum animum, cunctis rebus terrenis liberatum, contristat, angitque migrationis hora: sed mors contristat multa possidentem; qui curis, & negotiis secularibus, suam devinxit animam. S. Ephrem l. 3. de compunct.

Quæstissimam vitam agerent homines in terris, si duo hæc verba à natura omnium rerum tollerent: memò, & tinnò. S. Martinus Bracon. Maxima de morib.

Quæ est maxima egestas? avaritia. Pecuniae imperare oportet, non servire. Id. ibid.

Mare tempestate turbatum. Lem. Magnum equor, magni fluit. Carolus Bovius.

S. X.

Divitiæ turbant somnum.

Ulcis est somnus operanti; sine parum, sine multum comedat: fatigatus autem dormit non sicut cum dormire. Eccl. 5. 11. Famulus securam vitam ducens, quocumque demum victu alatur, dulci somno reficitur. At, qui pecuniis servit, herum habet importunum, qui dormire eum non finit: curam scilicet augendi lucri anxietatibus plenam. Myrtice: qui Deo famulantur, æquo animo feruntur, atque lætantur de temporarii hujus Saeculi vita in æternam transferri; quam vitæ praesentis tralationem pulchrè vocavit somnum. Avaros autem non somnus excipit, sed horribilis mors; quæ non sinit eos quiescere, sed æterno tradit supplicio. Olympiodorus hic.

Satiatio divitiis, non est, qui finat eum dormire. Excitat eum cupiditas, exigit cura pervigilii aliena rapienti; torquet invidia, mora vexat, sterilitas provenientum insecundam perturbat, sollicitat abundantia. S. Ambr. l. de Naboth c. 6.

Sigismundus Imp. 40000. ducatorum ex Ungaria acceperat: sollicitudo de iis nocturnam ei quietem omnino ademerat. Igitur postero die advocatis aula proceribus; acce, inquit, carnifices meos, qui me nocte dormire non sinunt: accipite, & dividite inter vos; nunc quietus dormiam. Aeneas Sylvius lib. 4. Commentar.

S. XI.

Divitiæ sunt origo peccatorum; impedimentum virtutis, probitatis &c.

Num. I.

Symbola, & Similitudines.

Alveus turbido, qui irrigat Aegyptum. Jos. 13. 3. Unde turbidus? Tolstus 4. 4. cum creverit, implet terram; & totum alveum pulvere, & luto commaculat.

Eco dicit tui Israel. 3. Reg. 12. 28. Jeroboam, nè populus ascenderet adoraturus Deum in templo, fecit duos vitulos aureos, quos populo præbuit adorandos, dicens: hi sunt dicit tui Israel. O. Jeroboam interpretatur diviso populi. Significat diabolum; duo idola, cupiditas, & avaritia. Ant. de Rampelgis fig. Bibl. avaritia.

Naaman, 4. Reg. 5. 1. est peccator; lepra, peccati immunditiae, quæ potentiam, & opulentiam, confitevit commitari. Unde hic dicitur, quod Naaman erat vir foris & dives. Hugo Card. hic.

Multiplicata sunt super capillos capiti mei. Pl. 39. 13. Peccator comparatur capillis: quia sicut capilli ex superfluitate nascuntur; sic peccata ex abundantia temporalium. Idem hic.

Qui tetigerit piscem O. Eccl. 13. 1. Pix dicitur moneta: quia multas nigredines dimittit in anima trahentium pecuniam. 1. In cogitatione, 2. in temporis perditione, in negotiorum occupatione. S. Vinc. Ferr. de S. Matth.

Quod autem in spinas cecidit. Luc. 8. 14. Assimilatur spinæ divitiis: quia, sicut spinæ latibulum omnium reptilium, venenolorum animalium sunt; ita divitiæ vitiolorum sunt receptaculum. Michæ 6. 13. Divites ejus repleti sunt iniquitate. Nè aliena invadas. Deus tuas divitias sepivit spinis. Sunt tamen non pauci pueris similes, qui per medias spinas, creuntati manibus, & pedibus, temporalia sectantur. Stella hic.

Luna, nisi plena sit, eclypsim non patitur: sic divitiis repletus magis solet obcurari, & oboccurari. Luna eadem plena à sole est remotior: sic divites à sole justitiæ. Stella p. 1. c. 48.

Num. II.

Testimonia, & exempla.

Ex Veteri.

Sicut paradisus Domini. Gen. 13. 10. & v. 13. porro - possimè orant. Et malorum causam, scilicet temporalium abundantiam, Pinna in Eccl. Ethol. 150.

Levo manum meam - à filo subseginis O. Gen. 14. 22. 23. Cur Abraham opes rejicit? Levo manum meam q. d. difficulter quis animum ad Deum levare, & pius esse, potest: nisi contentis divitiis.

Capertur civitatem. Jos. 6. 20. Pugnavit & caelum in urbem, subactis moenibus, non vi arietum, sed fragore tubarum. Et tamen, quo laboravit flagitio urbs, Josue tacet. Verum abundasse sceleribus Jerico, inde conjiciendum relinquit; quod exportatum ex ea auri plurimum v. 24. Neque enim fax criminum, limelque scelerum, deesse potest; ubi opum profluens aureas mediocritatis ripas transgressus. Oliva l. 5. Domin. 2. Quadr.

Rex Salomon adamavit mulieres. 3. Reg. 11. 1. Post Plutum Venus: nam, cum auri, argenticque copiam, inundasse Jerofoly-

Solymis priore capite referatur; mox patuisse ait regis thalamum exierit mulieribus. Tanta est luxurie, libidinisque, conjunctio; ut, si abundes, vix floreas. Oliva l. Strom. hic.

Si dives fueris, non eris summus à delicto. 11. 10. Ideo docuit Christus post panem veniam precari. Oliva l. 9. Strom. §. Vitis frondosa Ol. 10.

Beatus dives, qui inventus est sine macula. Eccl. 31. 8. Si quem compedibus, catenisque vincitum tam celeriter, quam alium liberum currere videres; nonne miraculum clamares! hoc utique facit dives, virtute præditus: sunt enim divitiæ compedes. Diez conc. 2. in festo OO. SS.

Vitis frondosa Israel, fructus adæquat est ei: secundum multitudinem fructus sui multiplicavit avaria; fructus abortivæ terræ suæ exhoravit simulacris. Of. 10. 1. Damnda fertilitas, qua religio sterilecitur. Quot pampini, tot scelera! quot vites, tot idololalo elurire, quam perire.

September apud Hebræos Eitanim dicitur; id est, mensis asperitatum. Aliqui ita vocatum putant, quod tunc, transacto æstu, & imbres, & fulmina, ruant. Ego vero, puto; quod ubi abundantia, & vindemia, exundant; scelera, & calamitates, non desint. Oliva l. 9. Strom. hic.

Ex Novo.

Panem nostrum & dimittite nobis. Matth. 6. 12. Quare, post petitionem panis de venia peccatorum agitur? In pane intelliguntur omnia temporalia ad vitam necessaria. Obtenitis his, homo ad peccatum adeo est proclivis, ut mox ei necesse sit veniam peccatorum petere. Sylveira hic quaest. 16. S. Thom. in Catena ex Chryl. post subsidium cibi, petitur & venia delicti. Consequens erat, ut observata Dei liberalitate (panem nostrum) etiam clementiam ejus precaremur. Terull. hic cap. 4. Quare erat consequens? quia vel parvus cibus foret occasionem delicti ministrare. Elcob. t. 5. proph. Chr. l. 5. Obl. 6.

Abii, qui quinquæ calenas accepit. Matth. 25. 16. & filius prodigæ accepta portione substantiæ, etiam abiit, profectus est in regionem longinquam. Luc. 15. 13. nec enim Deum agnoscit dives. Quare principes, cum sedent in solio, interjectam habent folii partem, inter cœlum, & caput; quasi nihil illis cum cœlo sit, Cœlav. in Ecclesiast. hic.

Exiit me, quia homo peccator sum Domine. Luc. 5. 8. Sic ait dives in captiva picium. Indiciū peccantis est, terrenis abundare. Non Deo adheret, cujus eor inherere coepit jacturæ. Unde Job 21. 14. felices illi clamabant: recede a nobis, scientiam viarum tuarum volumus. Oliva l. 13. Strom. hic.

Da mihi portionem substantiæ. Luc. 15. 12. Beati filii, quorum tota est in patris charitate substantia! Beati, quibus manet tota in obsequio patris in patris cultura possessio? Ceterum facultates unitatem incidunt, fraternitatem separant; cognationem spargunt; parentum perdunt, & violant charitatem. S. Leo Chrysol. ser. 1.

Homo quidam erat dives. Luc. 16. 19. Divitiæ non solum possident, sed etiam dispensatori, factæ sunt causa peccati: ut raro, & difficulter factum sit, possidere divitias, quin inducant in animum pericula contructores. Sim. Cass. lib. 6. cap. 13.

Ex Patribus, & aliis.

Ecclesia, postquam ad Christianos principes venit; potentia quidem, & divitiis, majores sed virtutibus minor, facta est. S. Hieron. in vita Malchi captivi Monachi.

Quo plus opibus, ac cupiditate, crescis; eò magis charitate deficiis. Nam diu jam pecuniam abicere cogitasses, si proximæque, ac te ipsum amasses. Nunc ea tibi magis inista, conjunctaque, quam corporis membra, videtur. S. Basilus ser. 2. in div. avar.

Quadam locietas, penè etiam noimnis, duabus his rebus, vitis, & divitiis. Eucherius de contempte Mundi. Qui divitiis, simul vitis, quoque incubant. Sidonius l. 8. ep. 7.

Divitiis simul, & paupertatem, tamquam materiam quandam, vel vestimenta, à rerum opifice nobis proposita, & oblata, dicimus: homines verò, ceu fabros quosdam, per hæc, aut virtutis simulacrum effingere, aut malitiæ statum exculpere. Ceterum per divitiis vix aliquis paucula quadam virtutis membra eleganter exculpet; multi verò paupertate adjuvi omnia simul fabricare possunt. B. Theod. l. 6. de provid. Dei.

Divitiis accumulare citra peccatum impossibile; nihilicui, sicut Job, quod valde rarum, simul & desiderare, & justitiam colere, contingit. S. Asterius hom. de div. & avaro.

Nunquam tentationibus carbit, qui terrena dilexerit: sunt quippe opes amadaboli; tentationum fontem, exterminium quies, & perfectioni inimicæ. S. Laur. Just. l. de casto connub. cap. 6.

Divitiæ sunt maculosa: maculant intellectum, quo cogitare deberet de suo Creatore, anima, aternitate; sed, qui servit pecuniis, orans cogitat de negotiis &c. Maculant voluntatem, &

auferunt desiderium paradisi. Memoriam non sinunt cogitare de mysteriis, beneficiis Dei, &c.

§. XII.

Divitiæ inducunt oblivionem Dei.

Memento mei, cum bene tibi fuerit. Gen. 40. 14. Vox Christi est ad quemlibet. Nihil enim ita oblivionem Domini facit, sicut opulentiæ. Hugo Card. hic.

Ephraim, & Manasse. Gen. 48. 5. dicuntur Germani fuisse fratres. Ephraim quidem frugifer, seu crescens, interpretatur; per quem crescens in divitiis significari potest. Manasse autem interpretatur oblivio: ut merito indicetur; quod divitiarum mundalium incrementum, & Dei oblivio, infirmo facerent. S. Bernard. serm. 50. Act. 2. Avaritia facit hominem obliviosum propriæ salutis. Et in signum hujus, Manasse, & Ephraim fuerunt fratres. Manasse interpretatur oblivio; Ephraim frugifer, seu crescens; & figurat avarum, qui est crescens Ephraim in divitiis. S. Bonav. diat. fal. c. 6. de avaritia.

Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram; cave, ne obliviscaris Domini Dei tui. Deut. 6. 13.

Jonas occidit Zachariam. 2. Paralip. 24. 23. id est, abundantia temporalis Domini memoriam. Jonas enim interpretatur temporalis; Zacharia memor Domini. Hugo Cardinal. in Luc. 10.

Adimpleti sunt, & saturati sunt, & levaverunt cor suum; & oblitii sunt mei. Of. 13. 6.

§. XIII.

Divites agrè admittunt poenitentiam.

Ex Veteri, & Novo.

Cain occidit Abel. Gen. 4. 8. id est, possessæ divitiæ luctum poenitentia. Cain possessus; Abel iustus interpretatur. Hugo Card. in Luc. 11.

Quod Elâu, nec sanctimonia patris, & matris; nec fratris; revocaretur à seclere, factum est, vestibus valde bonis utebatur; & consequendæ ab Isaac hereditati inhiabat. Hæc retinacula, ne à flagitio furgeret. Gen. 27. 15. Oliva fer. 4. c. in §.

Fugiamus in Ægyptum. Exod. 14. 25. Ægypti Israelitas insequi noluere: nam illi jam spoliati fuerant ab Hebræis: ideoque Numen poterant revereri. Phatao autem spe spoliis ait: persequar; & comprehendam; dividam spolia, implebitur anima mea. Ex. 15. 9. Nonne fat erat arcam implevisse? cur animam auro inodis? ibique mammonam recludis, unde Deum cogitis excludere. Idem ibid.

Elifeus Naamum principem septies in Jordane mergi voluit ne salutatum quidem. 4. Reg. 5. 10. Puerum verò miselle convenit. 4. Reg. 4. 32. fovit, oculatus est, furore spiritu in os ejus immisso revocavit ad vitam. Crimen licet iniquissimum, cito curatur in panno, difficillimè, licet leve, in cocco. Oliva lib. 11. Strom. §. Traxit rete in terram. Jo. 21.

§. XIV.

Divitiæ agrè ad cœlum, facillè ad orcum deducunt.

Nabuzardan princeps exercitus. 4. Reg. 25. 12. Servus regis Babylonis, cum populum Dei victum, captivum abduxisset in Babylon; præcipue divites abduxit: De pauperibus terra reliquit vinitores, & agricolas. Sic hominum hostis pauperibus, quos Christus, & sua paupertas, defendit, relictis, divites invadit, vinculis innumeris ligat, & in Babylonicum acherntem trahit. Stengelius t. 3. div. judic. c. 8.

Fallex equus ad salutem. Psal. 32. 17. Equus dicitur divitiæ, quæ sunt fallaces ad salutem; quia multos decipiunt, & defraudant à salute; ferunt hominem ad peccata. Equus velox; sic temporalia citò transeunt. Hugo Card. hic.

Divos defecit intravit in regnum colorum. Matth. 19. 23. Et tam multi adhuc sunt, qui divitiis adherent. Sententia hæc Christi adeo Apostolos percussit, ut dicent; quis ergo poterit salvus esse? Respondit Christus: apud homines hoc impossibile est; apud Deum autem omnia possibilia sunt. q. d. omnipotentia Dei ad hoc exigitur, ut dives salvus fiat: est enim miraculum ingens, divitiis onustum cœlum ascendere. Stengelius t. 3. div. judic. cap. 8.

Licet diabolus non esset; licet nullus, qui impugnet, appareat; innumere tamen viae sunt, divitiarum amatores ad gehennam ducunt. S. Chryl. hom. 7. in Acta.

Divitiæ adeo suspectæ sunt Christianis, ut credam, notanter à Luca Zachum & publicanorum principem, & divitem, fuisse propositum: ne viderentur divites ab angusta cœli porta profus acceri. Bæzat. 2. l. 6. c. 8. §.

Pluto, & Plutus, affines: hic divitiis, ille Infernum, signat; magna enim divitiis, & inferis, inter se locietas. Stengelius t. 3. jud. div. c. 8.

§. XV.

§. XV.

Divitiæ sunt origo superbiæ.

Assumpsit enim diabolus in montem excelsum. Matth. 29. Supra montem tentatio fuit de avaritia: quia pecunia superbiæ facit. Hugo Card. hic.

Sicut ex abundantibus cibo adeps; ita ex abundantia rerum superbia nascitur; quæ impinguar mentem divitis, dum elevatur animus superbiens superbia quippè cordis, quasi quedam pinguedo est crassitudinis. Unde, quia plerique ex abundantia peccata perpetrant, per Prophetam dicitur; Pl. 72. 7. prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. S. Greg. mor. l. 15. c. 33.

Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum, habet vermem suum: alius est vermis mali, alius fabæ, alius tritici: vermis divitiarum superbia. S. August. l. 5. de V. D. Raro cum divitis hujus sæculi vera humilitas possidetur; infat enim opulentiæ Mundi. Sim. Cass. l. 9. c. 16.

§. XVI.

Divitiæ sunt origo discordiarum.

Uñdo factus est rixæ. Gen. 13. 7. S. Chr. hom. 33. Aucta sunt arma, multiplicati greges, affluerunt divitiæ multæ; & statim discinditur concordia. Antea erat pax, & charitatis vinculum; nunc rixæ, & contentio: ubi enim meum, & tuum, illic omne litium genus. Hinc de primis Christianis. Act. 4. 32. multitudinis crescentium erat cor unum, causa subditur; erant illis omnia communia. Cornel. hic.

Né rasi minimi in via. Gen. 45. 24. Cur hoc dixit, in quibus vidit tantam concordiam, ut omnes pro Benjamin liberando se obtulerint in captivitatem? Omnis loci sumus Domini mei. Gen. 44. 16. Quæ ergo suspicio iræ? Dederat eis plaustra, & cibaria in itinere; &c. Gen. 45. 21. Sicut pecuniam esse matrem discordiarum. Stengelius t. 3. div. judic. c. 5.

Nolite possidere aurum, neque argentum. Matth. 10. 9. S. Ambros. l. de Joseph. c. 13. ob id misit Discipulos, suos sine sacculo, sine virga, sine pecunia; ut & instrumenta discordiarum, & incentiva eriperet ultionis. Pardan monetis duos gallos inter se pugnantem insculpere; significantes omnium discordiarum radicem, pecuniam esse. Alex. ab Alex. l. 4. c. 15.

Da mihi portionem substantiæ. Luc. 19. Vide superius hoc titulo §. 11. Num. 2. Ex Novo.

§. XVII.

Divitiæ quomodo tractandæ, & impendendæ.

Num. I.

Superflus sunt pauperum.

Quod superest, date elemosynam. Luc. 11. 41. Græcè, quod superest, inexistentiæ. id est, ut explicat Theophylactus, ea, quæ insunt cordi vestro; id est, quibus affixum est cor vestrum, scilicet opes. Cornel. hic.

Colligite fragmenta; Jo. 6. 12. Docet locus, colligenda fragmenta; id est, quæ supersunt, ut pauperibus donentur. Hæc quot pererunt fragmenta, quot pecuniæ hominum; qui opes suas in canes, equos, bombycinas vestes, lautos cibos, ludos, sceminarumque turpissimum obsequium impendunt; pauperes nudos minime curant. Libet, quamvis cum impio Juda, exclamare: ut quid perditio hæc? Potuerunt opes vestre vendidat Christo magno pretio, ut nihil superflui retineant; sed id omne alienæ fami sponte cedant. Lex hæc creata rebus omnibus à Creatore imposta. Cum cœlum aridam, & sitientem terram; pluviis recreat; absorbet, & bibit illa, quantum ad restaurandas humidi radicalis vires sufficit: quidquid abundat, aliò derivat, & alienæ utilitati transmittit. Cùm vitis, vel alia planta, se humoris attraxit, reliquum vicini palmitti, & sienti ramo, facillè indulget. Quid mirum ergo? Si Christus populum, quem ad salutarem, & delicias usque, pavit, eadem lege teneri voluit. Paulus Segneri ser. 27. die Ven. Dom. 3. Quæd.

Cetera, quæ superflua jacent, aliorum sunt necessaria. Superflua divitum; necessaria pauperum. Res alienæ possidentur, cum superflua possidentur. S. Aug. in Psal. 147.

Incautum se innocentes putant, qui commune Dei munus sibi privatum vindicant. Qui, cum accepta non tribuunt, in proximum nec grassantur: quæ tot quotidie penè perimunt, quot mortuorum pauperum apud se subsidia abscondunt. Nam cum quilibet necessaria indigentibus ministrat; sua illis reddimus, non nostra largimur. S. Gregor. lib. pastor. curæ cap. 22. par. 3.

Quæcumque Deus, excepto mediocri, & rationabili, victu, & vestitu; sive de quacumque militia, sive de agriculura, contulerit; non tibi specialiter dedit, sed per te pauperibus eroganda transmittit. Si nolueris dare; noceris, te res alienas auferre. S. Calarius Arelat. hom. 14. de Verb. Apoll.

Cur dives es, ille pauper? profecto non ob aliam causam, nisi ut tu benignitatis, ac fidelis administratoris, premium recipias; ille vero patientiæ maxime mercede honoretur. S. Basilus serm. in div. avar.

Esuriens est panis, quem retines; nudi est vestis, quam in arca custodis; discalceati calcæus, qui apud te marcescit; egentis argentum, quod tu in terram todis. Denique tot adfers injuriam hominibus, quot deseris, cum juvare possis. Idem ib.

Clamant nudi, clamant famelici; conqueruntur, & dicunt: dicit Pontifex, non quidem in sancto, sed freno, quid facit aurum? nostrum est, quod effunditis; nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis: vita nostra cedit vobis in superfluas copias. Nostris necessitatibus detrahatur, quidquid accedit vanitatibus vestris. S. Bern. ep. 42. Vide plura hic ante medium.

Multa per totam vitam temere disperduntur; quæ, vel sola, pauperum indigentiaë succurrere potuissent. Clarius l. 2. orat. 10.

Num. II.

Divitiarum administrator es, non Dominus.

Veniat dilectus in horem suum, & comedat fructum pomorum suorum. Cant. 5. 1. Erudimini, qui possidetis terram. Divitiæ, quas tenetis, vestre non sunt, sed Dei opum dispensatores estis, non domini. Potrò cum sponfam in cellaria induxit; non ad rapinam, & luxum; sed ad elemosynam, invitavit. Cant. 2. 4. ordinavit in hoc charitatem. Oliva t. 3. Strojn. §. Introduxit me rex.

Redde rationem vultu acrius tua. Luc. 16. 2. Hoc discimus, quod non sumus domini divitiarum: nihil enim habemus proprium; sed dispensatores alienatum rerum sumus, quæ à Domino nobis concessit sunt, ut illas bene dispensemus, sicut ipse imperat. Theophylactus hic. Qui hæc temporalia bona sic expendunt, quod non quærant in eis meritum salutis, sed solatium carnis; temporalia non dispensant ad modum boni villici, sed dissipant ad modum filii prodigi. Tunc autem hic villicus apud Dominum diffamatur, quando clamor pauperum ascendit ad Dominum. S. Bonav. hic.

Soli Deo hæc vox competit meum. Philo Jud. alleg. sac. leg. l. 2.

Num. III.

Divitiis bene utere.

Melius est bonum nomen quam divitiæ multa. Prov. 22. 1. Si ergo & tu gloriam ex divitiis quæris; cognosce, quia melius est, mille filiorum, quos per misericordiam filios acquisieris, patrem vocari, quam mille aurocorum Dominum dici. Et considera, quanta tibi tunc erit gloria; cum te omnis ille populus, qui ex propitiariis tuis patius est, & relictus, pro tribunali magni illius, & justissimi Judicis; cetera contempante circumdabit; patrem te suum, ac tutorem plium; & misericordiam patrem, omni gratiarum voce testabitur. S. Amb. l. 82.

Si ut litium inter spinas. Cant. 2. 2. Potest hoc etiam intelligi de spinis, quæ Mundo rarsè apparent. Hinc Abraham, Isaac, Jacob, Job, David, & alii, utriusque sexus, divitiis utentes, illa fuere inter spinas. Non tam ipse divitiæ spinæ sunt; quam earum concupiscentia. De Ponte hic.

Nemo potest duobus dominis servire. Matth. 6. 24. Non dixit Dominus, qui habet divitiis, sed qui servit: qui enim divitiarum servus est, divitiis custodit ut servus; qui autem servitus excussit jugum; distribuit eas ut dominus. S. Hieron. Job dives erat, non tamen pecunia serviebat, sed habebat divitiis, cuique, ut congruit, imperabat: nec erat famulus earum, sed dominus. S. Chryl. hom. 22. in Matth. Dicitur ille servire mammonæ, in cuius affectu divitiæ dominantur. Avaritia est idolorum servitus. Eph. 5. 5. Unde Glossa non ait, habere divitiis, sed servire. S. Bonav. hic.

Qui autem seminatus est in spinis. Matth. 13. 23. Comparat hic Dominus divitiis spinis. Quia si manus extensa sunt, & aperta, supra se spinas habere possunt, quin eis officiant: si autem manus coarctantur, statim spinæ pungunt. Sic etiam potest Christianus habere divitiis, quin animam ledant, si habet manus in pauperes apertas. Si avaritia coarctat, certè ledent. Diez. Dom. Sexag.

Divitiæ sunt serpenti similes: quem si quis necesse inoffense eminus accipere, bestiam sine periculo summa cauda appendens, ea manu circumplicabitur, & mordebit. Pulchre callent serpentum instar repentes divitiæ, dum à perito, vel imperito, apprehenduntur, inharere, & mordere. Clem. Alex. lib. 1. pædag. c. 6.

Non solum spirituales opes, & dona cœlestia, Deo donante, capiuntur; sed etiam terrena, & corpore facultate, ex ipsius largitate proveniunt: ut merito rationem earum quaeriturus sit; qui non magis possidenda tradidit, quam dispensanda.

da commisit. Muneribus igitur Dei iuste, & sapienter, utendum est, ne materia boni operis fiat causa peccati. S. Leo l. 5. de collectis.

Divitiæ, potestates, & cetera in hunc modum, quædam subsidia sunt; quibus juvatur ad bonum virtutis, tamquam calamis, & atramento, ad artem scribendi. Hildebertus ep. 32.

Scorpio, dum nos ferit, venenatus est; at in oleum liquatus, præstans est; & ad proprium morsum, & aculeum, antidotum, & remedium. S. Franc. Sales. in Philoth. p. 1. cap. 19.

§. XVIII.

Divitiis non apponendum cor; moderatè ama.

Multiplicata sunt aqua, & elevaverunt arcem in sublimi à terra. Genes. 7. 17. Hæc, in tanta aquarum illuvie, ne unam quidem guttam intra se admittit. Oliva t. 3. conc. 33.

Frequentissimè olim Deus in Scriptura Sabbati observationem imperavit. Ex. 20. 9. 10. Levit. 23. 3. Deut. 5. 13. 14. imò violatoribus capitale supplicium statuit. Ex. 31. 14. Num. 15. 35. Cur in hæc lege tam severè Franc. Mendoza in 1. Reg. 5. quia ad id propensum erant ad divitias congregandas, ut in hoc labore totam vitam collocarent. Unde, nisi inde violenter avellerentur, semper terrenis studiis incumbere, nunquam divinis obsequiis vacarent. Quare severissimis legibus opus fuit, quæ illos à temporalium rerum negotio ad celestium otium transferrent.

Divitiæ si affluant, nolite cor apponere. Pl. 61. 11. Abundant l'cèr, & loquat te prosperitas sæculi; tu mari noli credere licet ridenti. Divitiæ si affluant, si abundant; calca eas, & suspendere ex Deo tuo. S. Aug. hic. Nolite cor apponere. Idest, manus apponere permittit, ulum; sed corde amplecti, suscipere, affectu toto in eas ferri, planè dissuadeo. Pinna in Eccl. Ethol. 119.

Concha in mari, licet aquis undique mersa, tamen ne guttam intra claustra admittit. Agit quidem in pelago; sed, cum spirare liberius cupit; aut concipere tætum; enatat, & sub primam lucem, versis coelum expandens se, purissimum aeris excipit rorem; & eo opulenta, se rursus recludit, & in aquas immergitur. Abstinentia illa ab oceanis undis, & pascuis, largè rependitur margaritarum formatione. Plin. l. 9. c. 35. Coeli eis major Societas, quam maris; inde nubilum trahit colorem, aut pro claritate matutina serenum. Idem contingit veris Dei servis; quos reliquit Deus inter sæculi procellas, in eorum exemplariter prospera sæculi. Non desunt Ecclesie conchæ, quos tituli, divitiæ, circumdant undique, sed in mentem non penetrant, semper intentam ad celestes affectus excipientes; ut effingant in se margaritas pretiosas cogitationum Apostolicarum. Oliva t. 3. conc. 33.

Jonan balæna absorpsit. cap. 2. 1. sed ne unum quidem digitum violavit. Cur ergo non possit Christianus sic possidere opes, mente in eis non fixa, ut piscis non delibans corpus Jonæ. Oliva t. 3. conc. 34.

Multum interest, inter habere venenum, & venenum, sumptisse. Pharmacopola ut plurimum venena in officinis habent; ut illa in tempore, & variis in eventibus adhibeant: at non propterea intoxicati sunt. Pari modo habere divitias potes, non tamen ab his intoxicatus esse. Id fiet, si eas domis, & in crumena tua, habeas, non autem in corde. S. Salestus in Philoth. p. 3. cap. 14.

§. XIX.

Motiva.

Divitiis spernendi.

Num. I.

Exemplum Christi.

Sedebat Jonas sub umbra viridis hederae - & paravit Deus vermem. Jon. c. 4. 6. 7. Hedera, terrena bona. Hedera innixa arbori atollitur; sin minus, per humum serpit. Divitiæ, si pauperi, hospitali, carceri, adherent, ad cælum ascendunt; si pietati non hærent, humi serpunt. Sub hujus hederae umbra sedet homo gaudens, at vermis ascendit, & absorbit. Pl. 21. 7. ego sum vermis. Rofit, cum dixit: beati pauperes. Matth. 5. 3. Ex tunc estimantur divitiæ à justis, ut res arida; multique ab eis affectum abstrahunt, & ardentissimo spiritu relinquunt. Diez conc. 2. festo Omnium Sanctorum. Magna abusus, & magna nimis; ut dives velit esse vermiculus villis, propter quem Deus majesticus; & Dominus Sabaoth, voluit pauper fieri. Sanct. Bern. serm. 3. in Resurr. Dom.

Vide tit. Paupertas Christi.

Num. II.

Exempla aliorum.

Arum tradidit, & speluncam, qua in eo est. Quaso, ut audivit me: dabo pecuniam pro agro, suscipe eam; & sic sepeliam mortuum meum in eo. Gen. 23. 11. Abraham, ut sepulchrum sibi compararet, pecuniam reddidit: nam, nisi pecuniæ amorem viceret, sepulchrum quietis patriam, curarum exitium non possidebit. S. Hier. ep. ad Gerun. filias: quid est sepulchrum? locus quietis, ubi juxta Mundi rationem defunctorum corpora collocantur. Vera ergo intelligentia locum sibi requietionis pater Abraham fide sua, & pecuniæ contemptu, comparavit. Naxera in Jos. 7. §. 51.

Erit mihi Dominus in Deum. Gen. 28. 21. Jacob panem petiit; non carnem, non perdes, ut docet Nyssenul. de orat. Querere jubemur id, quod satis est ad naturam corporis conservandam; non luxum, non delicias, non ornamenta aurea, non lapidum fulgores & Cornelius hic.

Vir suus reliquerat divitiis multas. Judith 8. 7. Tamen matrona heroica angustiam sibi ædium partem elegit; & ex tot telis pretiosis durum cilicium sumpsit. In superioribus domus sua. v. 5. 6. Et licet ad Holofernem occidendum aureas telas indueret, seque gemmis ornaret, post victoriam tamen primam vestem sumpsit, & ex spoliis diducimus, quæ triumphans illi populus concessit, nihil sibi habuit, sed DEO cuncta obtulit. c. 16. 23. Oliva tr. 3. Conc. 34.

Et fuit possessio ejus septem millionum. Job 1. 3. Quis ex patribus nunc non se pauperem diceret, si eas haberet opes, quibus inter orientales Job maximus celebratur. Ubi Job aurum, gemmæ, tabulæ, aulæ &c. adeo enim opulentissimi id temporis principes horrebant speciem omnem, apparatusque luxurie: ea tantum sectati, quæ natura funderet, & præberet mortalibus. Quin Jobo Africæ quingentæ equus nullus, biga nulla. Quæ habuit Job, ea Deus recenseri voluit, quasi aut non necessaria principi, aut justo non digna. Oliva l. 6. Strom. §. Vir erat in terra Hus.

In actis Apost. 4. 34. 35. quando Domini nostri adhuc celebrat ruor, & fervebat recens in Credentibus fides; vendebat omnes possessiones suas, & pretia earum ad Apostolorum pedes deferabant: ut ostenderent, pecuniam esse calcondas. S. Hieron. ep. 8. ad Demetriadem.

Num. III.

Alia Motiva

Ex Veteri, & Novo.

Omnia vultum, quem calcaverit vestigium pedis vestris, volbit traham. Jos. 1. 2. Quasi solum illa possideant, quæ calcaverint; & habendi sitas, contemptus. Naxera hic §. 38.

Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit à me. Job 2. 1. 6. Bona in manu habet, qui despicendo temporalia sub dominio mentis premit. Nam quisquis ea nimè diligit, se magis illis, quam sibi ipsa supponit. Multi enim iustorum in hoc Mundo divites fuerunt, rebus, & honoribus sulci: habere multa videbantur; quorum mentem, quia eorum, quæ aderant, delectatio nimia non possidebat; bona illorum in manu erant, quia potestate animi subiecta tenebantur. At contra iniqui ita se totis desiderijs in exteriorum rerum appetitionibus fundant, ut non magis ipsi habita teneant; sed ab his, quæ habent, captiva mentem teneant. S. Greg. mor. l. 15. cap. 28.

Qui post aurum non abiit. Eccl. 31. 8. Noli amare aurum. Si malus es, is post aurum: si bonus es, is post te. Quid est, is post te? tu ducis, non ducis; quia possides, non possideris. S. Aug. l. 11. 5. de divers.

Relinquit omnia. Luc. 5. 11. Licet non omnes teneantur relinquere omnia; quantum ad effectum; nisi perfecti; qui voto paupertatis sunt adstricti; tamen omnes tenentur relinquere omnia, quantum ad effectum: ne eorum amore superati cor suum circa defluentes divitiis apponant; & perverbo ordine creaturam supra DEUM diligant. S. Bonav. l. 4. D. 4. Pen.

Thesaurum non deficientem in cælis. Luc. 12. 33. Magna multorum infamia; qui, cum duorum, vel trium, dierum spatio, in hac vita sunt mansuri, thesaurizant in patria, ubi hospites, & peregrini sunt: nec congregare curant divitiis in coelum, cujus perpetui incolæ esse debent. Si viatorem videres, qui, cum unius horæ in hospitio fit moraturus, parietes decelat, omnia cubilia sternat, tecta renovet; quid de eo judicares? Cur hic thesaurizas, ubi non habes manentem civitatem? Stella hic.

Ex Patribus.

Quàm magnum contemnere divitiis; sed quàm rarum hoc ipsum est. Utique & Moyses potuit esse regis successores, nutritus à regis filia. Potuit ergo esse non solum quasi Pharaon, sed etiam & Pharaon potuit esse. Uterque enim homo; sed omnis potentia hominis in affectu est. Moyses noluit rex esse, cum posset; sed ap-

Num. II.

Exempla

Ex Veteri, & Novo.

Nunc igitur maledictus eris super terram, cum operatur fueris eam, non dabit tibi fructus suos. Gen. 4. 11. 12. Vide, ut oppressione innocentis aratum hebetatur, &c. Oliva l. 1. Strom. §. Exultate filie Sion.

Illicitis artibus ditare suos voluit Achab. 1. Reg. 15. 9. dum vineam Naboth iniuste rapuit, propterea violenta morte periit, stirpe ejus tota excisa quindecim annorum spatio. Id. ib.

Abfolon, quia manus rapinis dabat, non potuit infame evadere supplicium. 2. Reg. 18. v. 9. 18. Ubi nota; ubi arbore suspensus obiit, mox addit textus: Porro crederet Abfolon titulum & appellatur manus Abfolon. v. 18. Quæ conexio inter suspensum, & hunc titulum? quia crucis supplicium, tunc latronibus debuit, notabat textus in arbore, causam quoque supplicii affixit. Manus rapinis deditæ cadis causam notabant. Bæza t. 3. lib. 14. c. 16. §. 15.

Præsumptus Giezi 4. Reg. 5. qui sigmentis, & mendaciis, à Naaman pretiosa munera, ab Elizeo repudiata, extorsit; sed mox ipse, cum tota progenie, lepra percussus est. Segneri cit. Sic 4. Reg. 10. 17. percussus sunt omnes de domo Achab.

Profectus argenteus in templo, relictus; & abiens laqueo se suspendit. Matth. 27. 5. Vide, quantum tormentum fit in muneribus, & pecunia injusta; ut omnes eam repellant. Imitentur hoc in bonum, bonorum alienorum defraudatores injusti. Judas prolicit tamquam rem detestabilem; neque dignam, ex qua vel restem emat, quo vitam abrumpt. Sacerdotes repellunt à sacratio, non licet mittere in carbonem; neque audent inferre in locum, ex quo extraxerunt; veriti; ne reliquam pecuniam contaminarent; nam malè parata seipsa perdunt, & reliquam pecuniam, iusto labore comparatam, ablumunt; ut de aquilaram plumis experientia ipsa docet, excurrere aliarum avium plumas, si eis ad hæserunt. Pinna in Eccl. 13. Ethol. 251. Nimium accipiunt, penitus è manibus elabuntur; solum peccatum ab his ortum manet æterna plestendum poena. Bæza t. 2. lib. 11. cap. 7. §. 5.

Convocatis singulis debitoribus domini sui. Luc. 16. 5. Miraris, villicum, cui cuncta bona domini divitis commissa fuerant administranda, post tam diurnam ruinam ita evanuisse, ex injusti possessoris manibus; ut, vocatis debitoribus domini sui, nullum suum vocarit debitorem; nec, unde possit vitam transfere; post villicationem ablatam, inveniret. Ego quidem non mitor; si te recolo; cum ex injuria bona illa acquisisse. Nam, qui rapina, aut injuria, possidentur, illi de possessorum manibus elabuntur. Escohar. t. 6. par. 6. Chr. l. 4. Obs. 1.

Num. III.

Exempla ex Historiis.

Quidam apud Lugdunenses vix multo labore tridentem unum acquisierat; quem cum multiplicare vellet, de eo vinum comparat; admixtisque aquis iterum per argenteos vendundis duplicat pecuniam. Hoc iterum, atque iterum agit, donec centum solidos lucraretur. Post alterius negotiationis nudinas ad sextractoque triente colloqui cum socio cepit: erat autem sacculus ex pelle. Et ecce subito adveniens milvus rapit eam, & decerpere tentat, putans a colore partem carnis esse; sed cum nihil pinguedinis sentiret in eo, volans super fluvium, è quo ille aquam hauserat, laxatum sacculum deiecit in flumen. Quo conspecto eos habuit, ad fluvium reddisse video. Gregor. Turon. de glor. Confess. c. 109.

Mercator per fraudem nummorum multum collegerat; navi in mari vectus dum eos numerat, auro plenum ad caput positum sacculum sinuis arripit, summumque confendens malum, aurum in mare abiicit. Malè parta male dilabuntur. Berengarius lib. similis.

Cum S. Eduardus Angliæ Rex intrasset ararium suum, vidit diabolum sedentem super denarios. Interrogatum qui d' ageret, & dicentem, custodio pecuniam meam, adjuravit per SS. Trinitatem, indicaret, cur suam diceret? respondit: quia iniuste acquisita est de substantia pauperum (fuerat id factum inficere rege) iustitiam reddi. Bollandus 5. Januarii.

Vidua pauper mutuum ab usurario pecuniam acceperat, sed magno suo malo: nam ille non tantum usuram, sed duplum pecuniam mutua poscebat. Confligit vidua ad S. Juvenium Episcopum, singularem pauperum, viduarum, pupillarum patronum. Is Diaconum suum Exuperantium cum vidua misit ad Creditorem cum hoc mandato: adione cum vice mea, qui hanc viduam oppressit, dic ei: Pater tuus rogat, sufficit tibi, quod tuum est; nec

opprobrium Christi thesauris Egypti arbitratus est esse præferendum; sed fugendo potentiam, potentior factus est: factus enim in Deum regi Pharaoni. Rex erat Pharaon; sed Deus non erat. Moyses factus est illi Deus: hoc erat Pharaon, regi ipsis terribilis, quem rex metueret, & timeret. Sed hæc erat potentia sanctitatis. Et tu vis tamquam DEUS peccatoribus esse terrori, regibus reverentia, ut tamquam DEO videatur tibi esse subjecti, quia operaris in DEI nomine; contemne, quæ sæculi sunt, & Dominiæ Passionis opprobrium contende omnibus præferre divitiis. S. Ambr. in Pf. 118. Octon. 8.

Quanto melius est, salutem habere sine pecunia, quàm pecuniam sine salute! sed hæc vix in Sanctis Domini reperiuntur, ut divitiæ contemptui sint. Id. Offic. l. 2. c. 25.

Divitiæ faculares si desunt; non per mala opera quarantur in Mundo: Si autem adsint, per bona opera ferventur in celo. S. Aug. ep. 205.

Beatus, qui post illa non abiit, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. An non castius cum honore spernis, quæ cum dolore perdis, an non ea prudentius Christi cedis amor, quàm morti? S. Bern. in epistolis.

Divitiarum contemptus, perfectionis est via, cæli scala, receptaculum pacis, Christi imitatio, spirituale gaudium, pretiosa margarita. S. Laur. Just. l. de reg. Præl. c. 8.

Fortitudinis est, divitiis & omnia vana relinquere. Unde dicitur de Juda 2. Mach. 12. vir fortissimus Judas duodecim millia drachmas &c. Fortissimus fuit, dum argentum contempserit, & pro mortuis illud obtulit. S. Bonav. l. 5. de uno Martyre.

Fuit opinio Philosopherum, quod divitiæ artificiales, ut pecunia, faciant divitem. Sed falsa: quia, juxta regulam Philosphie, ab extrinseco non fit vera denominatio v. g. Felicitas, habens coram fere mensam opulentam, non dicitur fatiatus. Divitiæ in buria non fatiatis: quia non intrant cor, ubi est fames. Nec divitiæ naturales ut vinum, oleum, &c. quæ per regulam Philosphie, nulla res naturalis simul in eodem inducit effectus contrarios: quia nulla res simul frigefacit, & calefacit. Divitiæ autem naturales, sunt causa indigentia. Si enim habes agrum, oportet habere animalia ad arandum, flabulum, paleas, jugum, meliores, horea, molendinum, furnum. Ecce quot indigentia! S. Vinc. Ferr. l. de S. Andrea.

§. XX.

Divitiæ malè partæ noxiæ, steriles.

Num. I.

Symbols, & Similitudines.

Licet quoque septem confesse maciæ. Gen. 41. 3. Vidit septem apicibus vacuas, rubigine informes, glutientes primas, & hinc maciæ confectæ remanent; sic & septem vaccæ. Pinguescunt ne, qui alios deglubunt? mendici fiunt. Nemo ex alieno felix, & pinguescit. Alvarez hic.

Manna in ore cepit vermibus. Ex. 16. 20. atque computris. Baldinus hoc exemplo de manna damnatur malum avaritiæ, qua pecunia malè parta possessorum in vim vermem vertitur.

Suavis est panis manducis. Prov. 20. 17. Panis manducis significat opes, mendicium, id est, usura, fraude, & iniustitia partas. P-fica impleretur os eius calcato. Figurata serapulus. Sicut enim panis serapulus, & lapillis mixtus, aspicient pulchre, sed masticandus molitibus est: ita opes fraude partæ initio suaves videntur, at in fine excidiolis deprehenduntur cum conscientiam, quæ est anime os, mille serapulis, angoribus, onere restitendi &c. lancinant. Cornelius hic.

Laxate retia vestra in captivam. Luc. 5. 4. Vestra, inquit: hinc rapax insitor, cum tota nocte defluet, inanior semper est. Unde tantæ calavitatis origo? non sua laxavit retia, sed aliena: non enim tua est, sed vidua lacrymantis; suspirantis mercenarij pecunia est, quam mutuum expositis in captivam. Redde aliis sua, & tum impende censum in foenus; & aurea tibi metis erit. Oliva l. 13. Strom. hic.

Seniavare letum sumo - fructum fecit centuplum. Luc. 8. 5. 8. Vel unum granum cadens in terram bonam, centuplum fructum reddidit: quia agricola non ex alieno, sed proprio, tritico seminavit. Propria enim divitiæ fructificant; quæ acquiruntur ex rapto, minuantur. Escohar. t. 6. par. Chr. l. 8. obs. 4.

Membris infirmi, corruptis humoribus aggravati, sitibunda sanguinis apposita sanguisuga sibi gratulabatur, quod ad fontem appatum venisset. Cum igitur arida biberet, malis malè cupida plena facta est. Cum autem virus ebulliret, cepit, cum ingenti clamore, dissumpens singulare. Mox accurrit formica granum trahens, quæ dixit: quid est, quod accidit tibi? cui illa: amatum potavi alimentum, & exhausti venenum, cupidam enim decepit ne propinator avarus, qui, remens sibi commodum, in pernicem dedit virus. Tunc formica: bene video, quod nulli ea, quæ sibi sunt noxia, cupiunt. Gaudet igitur, quod nullius sanguinem sugo; sed res meas providentia curo, diligentia quæro, justitia congreo, sapientia servo. Quo dicto sanguisuga simul cum vita cruorem raptum evomit. S. Cyrillus l. 7. apol. mor. c. 16.

nec exigas, quod non dedisti; neid, quod habere videris, amittas. Si autem te audire noluerit, ecce do tibi summan pretii; porriges ei, & revertere. Paruit Diaconus in omnibus; sed non mollit iniquum hominem: tam damno suo foenus accepit; & eodem momento, quo aurum ab Episcopo missum contigit, humi collapsus miseriter expiravit. Stengelius t. 3. divin. Judic. cap. 13. Surtius 14. Septemb. Vide plura apud Stengelium citatum.

Num. IV.

Sententia.

Ex Veteri, & Novo.

Divitias, quas devoravit, evomet. Job 20. 25. quin si id sponte non fecerint, de ventre illorum extrahet eas Dominus. Quod si alienum aliquid retinere presumpserit, Deum domus suæ inimicum habebunt. Segneri f. 13. l. 4. Dom. 2. Quadr.

Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere (scilicet justitiam, & sanctitatem) quia facies tibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in caelum. Prov. 23. 5.

Qui edificat domum suam in penditiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Eccl. 21. 9. q. d. qui edificat domum non suo, sed alieno sumpto, putat injuste, per vim, fraudem, aliamve injustitiam, ab aliis rapto; hic similis est homini &c. Complutenses habent: colligit lapides in camulam sepulchre suæ. q. d. non domum, sed sepulchrum, sibi edificat. Sic etiam vertit Tigur. & Syrus. Cornel. hic.

Qui præparat. If. 33. 1. Dicit in morte dæmon avaro: tu fuisi avis de rapina, modo raperis tu. S. Vinc. Ferr. ser. de assumpt. Virg.

Perdix fovit, qua non peperit; fecit divitias, & non in iudicio. Jerem. 17. 11. Tradunt Aristotel. Theophylact. Plinius: perdix cem alterius perdix ova furari, iis incubare, excludere pullos: qui cum adoleverint, & vocem excludentis audierint, ab ea, quasi aliena, avolant ad primam, & veram matrem; cujus vocem naturæ instinctu agnoscunt. Tales, ait Jeremias, sunt Sedecias, & Judæi, alique divites; qui non in iudicio, id est, non iuste, sed iniuste, divitias congregant, aliena rapiunt; & faciunt sibi divitias, quas brevi Babiloni diripient. Cornel. hic.

Pro eo, quod diripiatis pauperem, & prædam ecclesiam collebatis ab eo: quid inde habent? domos quadro lapide edificabitis, & non habitabitis in eis. Veneas plantabitis. O. Amos 5. 11.

Et ei, qui multiplicat non sua! usquequo & aggravat contra se deum suum. Habac. 2. 9. Nota; non ait, contra alios: sed contra se; ut enim alteri benefaciat, amore crudeli perdit seipsum.

Qui congregat avaritiam malam demum suam cogitasti confusionem animæ tuæ. Habac. 2. 9.

Va vobis, qui convolvitis domos viduarum. Matth. 23. 14. Injusta bonorum aliorum defraudatio ruinam etiam temporalem parit. Merito Christus viduarum spoliatoribus, præter primum vae, amplius minatur judicium; quasi velut illos, non solum in futuro, sed & in presenti, poenas dare. Bæza t. 3. l. 14. c. 16. §. 15.

Num. V.

Ex Patribus, & aliis.

Quod quisque infirmior; eò prædæ patet. Sunt, qui invicem se devorant, & sua carne pascuntur. Minor apud ipsos, est a majoris est. Vide, ne idem te, qui piscem illum, finis maneat. S. Ambros. l. 5. hexam. c. 5. de piscib.

Vetus est proverbium: abdita vulpium, sunt rapinae luporum. Gerton D. 2. Pasch.

Basilus Imp. parat. ad filium c. 27. ignis non ita celeriter paleam consumit, ut male, & iniuste congregatae opes, etiam iure partas, in perniciem secum abripiunt.

Si bene valens pinguior ex cibis suis, pinguedo illa vires addit, si vero ex morbo tumefcas, artem quaeris medicam. Si qui, vel à parentibus iusta divitias accepit, vel honestis modis lucratus est; iis fidere potest: si autem contra fas corrosit, periculose avaritia laborat, mortique proximus est. Pinna in Eccl. Ethol. 119.

§. XXI.

Divitiæ veræ.

Veni quidam homo dives - Joseph. Matth. 27. 57. Fuit ille Discipulus Christi, qui paupertatem tantoperè amabat, & prædicabat: beati pauperes spiritum. Quomodo ergo Joseph. dives simul, & Discipulus Christi, esse poterat? S. Epiphani. orat. de Dom. sepult. verè dives Joseph? siquidem margaritam illam, quæ omnem pretii estimationem excedit, secum habere, ac portare promeruerat. Verè dives! sacculum enim plenum portabat, nempe ipsammet divinitatis thesaurum, Paolæti serm. 6. Festo Sancti Joseph.

Quid quæritis viventes cum mortuis? Luc. 24. 5. Quærendæ res sunt suis locis. Christus ibi non erat, ubi eam formine quærebant. Quærebant inter mortuos, erat inter vivos: quærebant in

domo mortis, erat in domo vitæ: quærebant in sepulchro jacentem; cum quærere deberent in domo victorie triumphantem. Sic tu quære divitias, gloriam, gaudia: hic in Mundo non sunt. Barradius D. Pasch. Marti 16. t. 4. l. 8. c. 6.

Magnæ sunt divitiæ charitatis; sine qua dives pauper est; & cum qua pauper dives est. S. Aug. D. 2. Epiph. l. 2.

Quid habet dives? si Deum non habet? quid non habet pauper, si Deum habet? S. Aug. D. 5. Trinit. serm. 1.

Dominus dedit, Dominus abstulit &c. Abstulit, qui dedit; numquid perit, qui dedit? tamquam diceret: abstulit omnia; auferat omnia; nudum dimittat me, & servet mihi se. Quid enim mihi deerit, si Deum habuerò? aut quid alla mihi profuerit, si Deum non habuerò? S. Aug. l. 1. de Symb. fidei c. 3.

Hæc sunt vel maximæ divitiæ, non egere divitiis. S. Chryl. in Ps. III.

Nihil nostrum est, nisi hoc tantum, quod corde possessum, atque animæ nostræ coherens, à nemine potest procul auferri. Cæsarianus coll. 3. c. 10. dicebat Abb. Pafnuicius.

Vide tit. Virtutes.

TITULUS XV.

DOCERE. DOCTRINA.

DOCTOR.

§. I.

DEUS vult nos ab hominibus doceri.

Ex Veteri, & Novo, & Patribus.

Vocavit Dominus Samuel. 1. Reg. 3. 4. Cur Samuel à DEO vocatus ad Sacerdotem properat? ut puer cum DEO locutus prius ab homine instrueretur de modo, quo se debet ad divinam locutionem comparare. Mendoza hic. Deus vocat Samuelem; simili voce Heli: & cur non aperit ei, ad quæ vocetur? sed ordinat, ut prius tendat ad Heli? Ut puer instrueretur à Seniore; quomodo se debet disponere ad DEI mandatum accipiendum. Sylveira in Act. 9.

Omnis nos quasi vides erravimus; unum quisque in viam suam declinavit. If. 53. 6. Daturus rationem, cur omnes erraverint? dicit: quemque in viam suam declinasse, suo iudicio ad hæsisse. Mendoza hic.

Vbi est, qui natus est? Matth. 2. 2. Divinæ est providentiæ ordo, homines ab hominibus doceri. Sylveira hic q. 7.

Ibi dicitur tibi, quid te oportet facere. Act. 9. 7. Saulum vocavit de cælo Dominus, non tamen quid agendum? plenus informavit; sed ad Ananiam remisit. Mendoza in 1. Reg. 3. v. 5. Et Centurionem Act. 10. 5. Cornelium, quamvis exauditas orationes ejus, elemosynasque respectas, ei Angelus nuntiavit; tamen missum esse ad Petrum ab eo imbuendum, legitur.

Divinas litteras ad eò obscuras vult esse Deum, ut per librum septem sigillis signatum. Apoc. 5. 1. communiter intelligantur. Quod hæc obscuritas? Author Imp. hom. 44. in Matth. quia Deus etiam ex hominibus, alios vult esse Doctores, alios discipulos. Ut scilicet inter eos mutua charitas, & humilitas, conservetur. Mendoza cit.

Qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulum subdit. S. Bern. ep. 87.

§. II.

A quovis velis doceri.

Quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi. Act. 8. 32. Ibat Eunuchus, ut valde potens in magnifico curru, multo comitatu famulorum: è contra Philippus solus, humiliter vestitu pedibaque, incedens. Ab eo tamen ille petit doceri, & luminari; ut expendit S. Chryl. hom. 35. in Gen. non ægre tulit Eunuchus, nec dedignatus est, neque se contumelia affici existimavit quod plerique insulis accidunt; quos pudet ignorantiam suam coniteri; & ab eis discere, qui docere valent; & frequenter malunt in perpetua versari ignorantia. Sylveira hic.

Laudanda est modestia Apollo; quod cum esset vir doctissimus in Scriptura, vult magis informari ab una muliere, & opifice. Act. 18. 26.

Licet unde cumque proficere, ac doceri. Omnia ferè mysticos afferunt intellectus; & facile est, ex qualibet re morum figurare venustatem. Nihil ita creatum est per se, nihil ita simplex; cui non sit aliquid, unde doceamur; vel cavere noxia, vel salutaria providere. Hildebertus ep. 16.

Vide plura tit. Confilia, Verbum Dei.

§. III.

Doctores.

Num. I.

Figura, & Simbola.

Diffor. Gen. 40. 1. significat Doctores grossiores, & naturalis doctrinæ Scribas; per Pincernam verò Doctores specialis doctrinæ. S. Thom. hic.

Collum eorum sicut monilia. Cant. 1. 9. In collo Doctores significantur; in monilibus opera exprimentur: quia ea, quæ verbis docent, operibus ostendunt. S. Iffidorus hic.

Sicut turris David, collum eorum. Cant. 4. 4. Collum, caput, & membra, connectit: unde per collum designantur, qui vel prædicatione, vel admonitione, alios convertunt, & capiti Christi jungunt. Rich. à S. Vict. hic.

Et habebat in dextera sua stella septem. Apoc. 1. 16. Genuinam harum stellarum interpretationem dat ipse Angelus, qui hoc Joanni revelavit v. 20. Septem stella, angeli sunt septem Ecclesiarum. II. intelliguntur de Doctoribus. Dan. 12. 3. qui ad iustitiam erudient multos, fulgebunt quasi stella. S. Hieron. hic: qui alios erudiunt, stellarum fulgori comparantur: non enim sufficit scire Sapientiam, nisi ut alios erudias. Sylveira hic.

Num. II.

Doctus optimus est Deus.

Oculorum meo oculo oris sui. Cant. 1. 1. Hoc est, Filius osculetur. Neque enim, inquit, volo à Prophetis oculari amplius; non à Patriarchis; sed ipse jam proximè accedat. Non vult per os Prophetarum solum erudiri, ac doceri; sed ipsemet, inquit, appropinquet, jamque beati Filii ipse instruat: os enim Dei Paris, est Filius. Philo Carpathus hic.

Quam velox est sermo sapientiæ! Et ubi Magister Deus est, quam cito dicitur, quod docetur. S. Leo l. 1. de Pent. Frustra discendo laborat homo, qui Deum Magistrum non habet. B. Iffais Abb. or. 8.

Num. III.

Miscellanæ.

Ex Veteri, & Novo.

Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter ceteros; ipse est, quasi tenerimus ligni vermiculus. 2. Reg. 23. 8. Compositum vermiculum cum Sapientissimo; an docebat è cathedra tamquam elatus princeps? non: sed tamquam vermiculus; sua mollitudine ligni duritiam domans, alios devinciens, & ad se alliciens; non in alta arrogantia, sed humiliter modestia, & lenitate Sylveira in Apoc. 1. 9.

Attendite à falsis Prophetis. Matth. 7. 15. S. Maximus ita intelligit: docuit Dominus supra v. 14. viam cæli esse arctam, & angustam; nunc subdit: caveat à falsis Prophetis, qui dicunt, viam cæli esse latam, & laxam; & extenuant peccatum, veniam facilem promittunt, & vos in tartara ducunt. Sylveira c. 19. in Matth. hic.

Num. IV.

Ex Patribus, & aliis.

Hæc ætate (anno trigesimo ætatis Christi) tempus doctrinæ insinuatum est rationale; & ante, hæc metas perperam invadi Magisterium, data est forma: quia non competit annis impubibus sedere in cathedra. S. Cyprilianus de jejuniis, & tentat. Chr.

Nihil tam præclarum, hominique conveniens, potest esse; quam erudire homines ad iustitiam. Lactantius l. 6. de div. instit.

Docens aliquis plus dicit, & dicens sepe una audit cum iis, qui ipsum audiunt. Deus est enim magister, & ejus, qui dicit; & ejus, qui audit; qui & mentem irrigat, & rationem. Clemens Alex. l. 1. Strom.

Si me Magistrum libenter vocatis, reddite mihi mercedem: boni estote. S. Aug. de Ordine l. 1. c. 10.

Sicut discipuli probitas, laus est Magistri; ita Magistri vituperatio, discipulis neciens disciplinam. Sanctus Chrysol. gus l. 94.

Nocturnum oculis similes habentur secularis sapientiæ profectores: nam & illarum aspectus noctibus quidem acrior est: exorto autem sole coæscit: sicut istorum, cum sit acerrimus ad contemplandam vanitatem sensus, erga inquisitionem veræ lucis hebetis. S. Basilus exam. l. 8.

Post prælia Martyrum successerunt in Ecclesia Christi sanctorum, & verorum studia Philosophorum; id est, Doctorum, habentium; qui post spiritum fortitudinis per descensum scribitur, sanctum scientiæ spiritum. Hoc nimirum Evangelicæ fidei didicere fuit necessarium: quia diabolus, qui adversus

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

eam eatenus pugnaverit, non solum Leo, sed & draco est: Leo, quia aperte sævis; draco, quia occultè decipit. S. Rupertus de oper. Spir. S. lib. 7. c. 1.

Præceptorum virtus est, nihil honoris, nihil gloriæ, à subditis, sed salutem ipsorum quærere; atque hujus gratia nihil non facere: ita ut, qui non illius, sed gloriam suam quærit; non jam præceptor, sed tyrannus sit. S. Chryl. in ep. ad Ephes. 3. f. 8.

Luca docente didicimus, quod B. V. Maria Christum invenit in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem. Donec annorum defuit integritas, Doctor omnium, fines discipuli non excessit. Hildebertus ep. 12.

§. IV.

Doctrina.

Num. I.

Eac, quod doces.

Omnino tempore, quo leprosus est. O. Levit. 13. 46. Ei, qui in lepra peccati est, clauditur sermo, clauditur & os: ut fiducia, sermonis, & docendi autoritas, excludatur. Origenes hom. 8. hic.

Beati immaculati in via. O. beati qui servaverunt testimonia ejus. Psal. 118. 1. 2. Quam pulcher ordo! quam plenus doctrinæ, & gratiæ! Non prius, qui servaverunt testimonia ejus, dixit; sed prius, beati immaculati in via. Antè enim vitæ, quam doctrinæ, quærenda est: vita enim bona, & sine doctrinâ, habet gratiam; doctrinâ sine vitâ integritatem non habet. S. Ambros. hic.

Magisterium stat de scientiâ; sed magisterii autoritas consistit ex vitâ. Cæpit Jesus facere, & docere. S. Chrysol. f. 167.

Labia ejus lilium, distillantia myrrham primam. Manus illius tornantes aurea. O. Cant. 5. 13. 14. Ordinate post labia manus, id est, opera post verba, laudat Ecclesia sui redemptoris: quia, quæ verbis docuit, virtutibus credenda esse monstravit. V. Beda hic.

Aperiens os suum docebat. Matth. 5. 2. Et cur additum est, cum aperuisset os suum? ut intelligas: quod & tacens docebat, nedum loquens. Sed nunc quidem os aperiens, nunciatem ex operibus emittens vocem. Sanct. Chryl. in Matth. hic hom. 6.

Num. II.

Miscellanæ.

Omnis scientes venite ad aquas. If. 55. 1. Doctrinâ divina dicitur aqua. I. quia infirmos sanat. Eccl. 15. 3. Aque sapientiæ salutaris potabit illum. Inquinatos mundificat, Ezech. 36. 25. effundam super vos aquam mundam. Sitientes satiat. Jo. 4. qui biberit ex aqua. O. II. Dicitur vinum: quia pungit arguendo, incendit exhortando. Psal. 104. 18. eloquium Domini inflamavit eum: quia inebriat consolando. S. Thomas in Iffaism hic.

Quantum doctrinâ hæc nova? Marti 1. 27. Novus homo novam Mundo afferat doctrinam: quod Mundus contemneret; quod præfaretur indulgentiæ serventis; quod super conjugium virginitas ferretur; quod dignitatem cœlestem terrena vilis mercaretur; quod per poenas, & opprobria, homo posset ad superna concendere. Sim. Cass. l. 5. c. 8.

Incipiens à Galilæa. Luc. 23. 5. Ascendendo docet: nam doctrinâ Christi facit hominem in superna concendere. Cæpit à Galilæa, velut à minis doctis, ut pedetentim perveniret ad doctos Jerusalem constitutos. Cæpit à Galilæa perveniens Jerusalem. Una interpretatur rota, altera pax: ut sciamus, absque dubio Christi doctrinam temporaliter latam tendere ad æterna, enuntiatam in Mundo ascendere in superna. Idem l. 13. hic.

Sapientibus, & insipientibus debitor sum. Rom. 1. 14. Per hoc debitorum se profiteretur: quia ad hoc accepit doctrinam, ut tradat; & cum tradidit, acquirit. S. Ambros. hic.

Sunt in Ecclesia lapides pretiosi, & semper fuerunt, docti scilicet, abundantes scientiâ, & eloquentiâ, & omni instructione legis. S. Aug. l. 258. de temp.

Doctrinâ electi Prædicatoris, quid est aliud? quam dies eruditi discipuli. S. Greg. in 1. Reg. 10.

Vide tit. Concionator.

TITULUS XVI.

DOCTOR.

§. I.

Ad dolorem testandum scizis vestes.

Scizis vestibus. Genes. 37. 34. Vetus mos, in luctu scindere vestes; eratque hoc Symbolum plantus: scizis enim vestium significabat scizum dolorem cor. Cornelius hic. S. Scin-